Deo optimo max. uni & trino, Virgini Deiparæ, & ſancto Lucæ orthodoxorum Medicorum Patrono.

(1735) Lucy 1455

QUÆSTIO MEDICA,

Cardinalitiis diſputationibus manè diſcutienda in Scholis Medicorum, die Jovis 13. Martii.

M. ANDREA ENGUEHARD, Doctore Medico, Profeſſore Regio, Præſide.

An ab aquæ glacialis potu, Raucitas?

MEDICINA quondam honoratiſſima, ſimplex vixque neceſſaria fuit: eâ caruit à cunis ad plures annos Roma; morbi tum erant pauci; necdum luxuria bonos vitiârat mores. Homo ſevorioris in victu diſciplinæ tenax neſciebat irritamenta famis ac ſitis; natura parvo contenta ſplendebat foris, nec ſordebat intus. Ætas parentum avis pejor læſæ dedit frugalitati pœnas; cæperunt morbi ſoboleſcere nuſquam viſi: medicina ideo exculta magis eſt & multiplex facta; impar tot damnis luxurioſæ vitæ reparandis honore deceſſit. Ut opprobriis hominum laboravit ars tam benefica, ſic novorum obſervatione malorum: Socratis ævo catharrus erupit, Homeri ſeculo ignotus; hunc qui dicit, omnia morborum genera dixiſſe videtur; ſævit in caput, pectus, imum ventrem & artus: pro partium diverſitate mutat indolem & nomen; in laryngem illapſus dicitur βράγχος & pituitæ decubitus in fauces cum raucitate definitur: Hic humor ut vocis obturdit clariſtatem, ſic ejus organum lædit. Vocalis, ſtibula ſubpingui tore madens intus lævis eſt; confit ex annulis circularibus modicè diſſitis, prorſum cartilagineis, ponè carneis, finitur laryngе in triangulum fićto, appenſis muſculis nunc magis, nunc minùs hiante; huic epiglottis incumbit ductirii pontis æmula: annulos profert in longum initus laryngi vagi paris furculus, recurrentis in arctum adducit; quin & uterque hos illoſve arctat aut diducit: hoc ſpirabilis ductûs opificio vox naturalis formatur, ſeu ὀϕὲς ἀναπνευστικὸς ϰ φωνήεντος. Aër ex pulmone thoracis niſu, ut ex uriculari tibiâ brachii preſſu violenter erumpens & arctus perſtrepit; ſonus hic ruſſearis in modum informis laryngis rimâ, non ſecus ac ſyphonis oſtio jactus aquæ ſalientis figuratur; variè frangitur glottidis & epiglottidis offenſâ alternisque annulorum ſubſultibus; ab his ut digitis totidem tibicinis modulationem habet. Βράγχος hoc evertit opificium; ſtillæ vocalis lævorem admit, cartilagineos emollit ejus parietes ac circunjectorum vim muſculorum infringit: uberior nempe pituita extrùs & intùs exundat in tubum ſpiritalem, ipſum ſubit penitiùs; ſubpinguem eluit ejus humorem, & intimam tunicam, ut autem balneum, multiplicibus ſulcar rugis, aut ſuâ falſedine arrodit: hine oritur raucitas ſeu demiſſio & aſperitas vocis. Redditur vox alta expirati aëris motu reciprocis annulorum, glottidis epiglottidiſque reſilientium ictibus incitato; demiſſa eodem hebeſcente ob dictarum partium non aliter ac ſidium ebullitionem imbibito humore ἐλαπίζουσι. Vox lenis eſt ob laryngis & ſubjecti canalis lævorem; ob roſionem aut corrugationem aſpera: planâ ſiſtulæ vocalis ſuperficie ſonus unus eſt & inoffenſo curſu continuus ac tympanum proinde molliter ferit; eâdem ſcabrâ ſonus eſt interruptus ut limâ ferrum affricante, ac ex pluribus minutiſſimis creberrimiſque ſonis conſtatus ſicque tympanum multiplicibus punctiunculis offendit.

UNDE manet catarrhus, nondum eſt in confeſſo. Cerebrum non eſt pituitæ metropolis: Palladi debetur cæſum putiſſimum & ab omni tutum nube: ſcientiarum Dea emunctæ naris eſt; in ſolium reſpuit fædiſſimam muci cloacam. Natura uſque ſapiens, uſque provida ei paravit arcem undique vallatam: cerebrum cinxit duplici membranâ & cranio: membranas non pervaderet ſpiritus vini, nedum pituita; eas eroderet depluens in catarrhis ſerum; acredine ſæpius ac fervore ſuo naribus non parcit, ulcera inducit. Cranium ubique ſolidum eſt & fumis cum admittendis nim emittendis impervium: quæ patent à corpore ad animum foramina, vaſis, carnibus & membranis intercepta ſunt. Os cribriforme ſuæ annexum ſedi deprehenditur membranâ velatum; venarum, nervorum, arteriarum ramulis prætergredientibus in intimam naſium cavitatem deſtituris conſperſum, ubique ſeu quâ ſubeunt ſeu unde exeunt vaſa, carnibus obductum; ſic nefas eſt aut tenaci pituitæ intro ſtillare foras, aut ductæ per nares animæ foris intro penetrare. Frontis, ſyncipitis, temporum & occipitis oſſibus formantur fornicis laterarum famis: nec ſitis minùs; indigenis exotica ſuperbibit vina, acidulâ, dulci, amaruleutâ potione gaudet; calidæ jungit frigidam; quin & nivem glaciemque potat. Ubique gentium in uſu nunc eſt frigidior naturâ potus; à quo ſit inventus, in obſcuro. Hæbreis, forſan, Græcis certè & Romanis, Syriæ, Alexandriæ, Macedoniæ & Ægypti populis notus fuit, at parandi modus multiplex: nil eâ re ſuper infectum relictum eſt, adhibitus aër, venti, fontes, putei, ſpecus, nix, glacies, ſolis calor, ignis ipſe, quis credat? Hipocrati placuit una vini & aquæ perfrigerario ſub dio & ab ægrotantibus utrumque propinari juſſit: eâdem arte perfrigerata decocta & clyſmos in febribus ardentibus, epithemata in erefypelate pulmonis uſurpavit. Galenus alimentis & medicamentis, aquæ, vino, lactis ſero & caſeo, fructibus & herbis nivem adtebræ texta & uſu diſpares inter ſe. Membrana anterior ſubfuſca eſt, glandulis & vaſis extra intuſque diſtincta, quâ narium ſpectat ſeptum, vacuum in ſe ſpatium admittit: illapſus eò humor vel digeritur & parvis orbibus globatur, vi ſpiritûs exigendus, vel deſluit, ſtillantis per carneris pituita; ſufficitur vaſis quibus rigantur; ſanguinis non ſecus ac Oceani æſtu truditur in hæc cola velut oras corporis; ibi deſpumatur, ni aut ipſa ſibi exitpræ obſit ob lentorem copiamve, aut convenientium anguſtia viarum ob frigus aliamve cauſam exteriorem: inde κόρυζα, ϰαταρραὶ πικεῖαι, βράγχοι & ejuſmodi catarrhi concitantur.

LICET homo totus ſit ab ortu morbus, compoſitus ad naturæ legem valet diu: parcè vivit, quò præſentem ſanitatem ſervet; novit amiſſam victu effloreſcere tenui: utitur parabili cibo potuque: æquam figit utriuſque ſumendi metam; ſat habet exemptâ fame ac ſiti; ſic ſatiatur, repletur nunquam. Incautum ſæpe ludit edendi ac bibendi voluptas confinia ſatietatis ac repletionis conſundens; utriuſque comes eſt, non arbitra, neque par; illius quàm ſecura & æruminis vacua, hujus tam infida ac pœnitentiæ plena: ſcilicet levatur neceſſariis natura, gravatur ſuperfluis. Hæc ranti penduntur ad perniciem, quanti emuntur ad delicias: ingeniosa gula didicit eſurire & eſſe unâ mensâ id omne pæne quod educant mare, tellus, aër; miſcet aſſis elixa, turdis conchylia, vel totos ibi ponit apros; adeo perita eſt reparandæ per condimenta famis: nec ſitis minùs; indigenis exotica ſuperbibit vina, acidulâ, dulci, amaruleutâ potione gaudet; calidæ jungit frigidam; quin & nivem glaciemque potat. Ubique gentium in uſu nunc eſt frigidior naturâ potus; à quo ſit inventus, in obſcuro. Hæbreis, forſan, Græcis certè & Romanis, Syriæ, Alexandriæ, Macedoniæ & Ægypti populis notus fuit, at parandi modus multiplex: nil eâ re ſuper infectum relictum eſt, adhibitus aër, venti, fontes, putei, ſpecus, nix, glacies, ſolis calor, ignis ipſe, quis credat? Hipocrati placuit una vini & aquæ perfrigerario ſub dio & ab ægrotantibus utrumque propinari juſſit: eâdem arte perfrigerata decocta & clyſmos in febribus ardentibus, epithemata in erefypelate pulmonis uſurpavit. Galenus alimentis & medicamentis, aquæ, vino, lactis ſero & caſeo, fructibus & herbis nivem adtebræ texta & uſu diſpares inter ſe. Membrana anterior ſubfuſca eſt, glandulis & vaſis extra intuſque diſtincta, quâ narium ſpectat ſeptum, vacuum in ſe ſpatium admittit: illapſus eò humor vel digeritur & parvis orbibus globatur, vi ſpiritûs exigendus, vel deſluit, ſtillantis per carneris pituita; ſufficitur vaſis quibus rigantur; ſanguinis non ſecus ac Oceani æſtu truditur in hæc cola velut oras corporis; ibi deſpumatur, ni aut ipſa ſibi exitpræ obſit ob lentorem copiamve, aut convenientium anguſtia viarum ob frigus aliamve cauſam exteriorem: inde κόρυζα, ϰαταρραὶ πικεῖαι, βράγχοι & ejuſmodi catarrhi concitantur.

SANGUIS unus non eſt, ſed ſuccorum varietate multiplex liquor: alii tùm flammæ vitalis tùm partium corporis pabula ſunt; alii, purgamenta: omnes videntur ſimiles mixtionis vinculo, quo rupto diſſimiles inter ſe ſinguli reperiuntur. Diverſitas in alibilibus non minor eſt, quàm in excernendis; horum major, quàm illorum proventus: hinc tot colorum neceſſitas. Secretioni ſerviunt inteſtina, rhenes, uterus, hepar, pulmo, cutis, aures, oculi, nares, os, tonſillæ, fauces, uno verbo, partes in oris corporis ſitæ: ut ur diſſitæ conſentiunt inter ſe; mutua in morbis excipiunt onera, iis modò ſe feliciter expediunt, modò ob ruuntur. mirum dictu robuſtiorum farcinam debilioribus eſſe leviorem, debiliorum corrra robuſtioribus graviorem. Utriſque vis inefe eadem expultrix. Calor nativus ubi ſui juris eſt, abſque fermentis egit excreta, preſſus eorum mole in igneum vertitur & in ea fortiùs arierat. Calor nativus tantùm diſtat ab igneo, quantum à violentâ lenis fermentatio, hæc ſanguinis effectrix eſt, auctrix, conſervatrix illa, ſi arte regatur, morborum medicatrix. Vinum ut muſti, ſic chyli miſcellâ ſanguis in zymoſim agitur, tandiu vigentem, quandiu ſanguis ſuci mobilis & acſuoſi dives eſt; ubi ejus inops partiumque fulturâ & gratioſo humore deſtituitur, elangueſcentem: unde vigori corporis languor ſuccedit, alacritati ſegnities, ſarietati partium veluti ſugenrium ſenſus, ventriculi morſus, faucium ariditas & citra vim acoris pungentis ſaliſque urentis, ni morbus adſit, fames & ſitis. His actus ſtimulis homo cibum potumque cupit & aſſumit: ut ut ſimplices, acidis, acribus, ac cujuſlibet ſaporis terræ ſuccis fæti ſunt; ab eorum cruditate certis natura digeſtionis gradibus ad maturitatem tendit. Dentibus teruntur cibi, linguâ transferuntur hinc inde, ſic eorum particulæ ſaliva, non ſecus ac cinerum ſales aquâ exolvuntur, à terrenâ concretione ſolutæ ponunt futuræ murationis rudimenta. Hæc mutatio duplex habet principium, alterum aſſumptis, alterum ventriculo inſitum: Ventriculus uberrimo valorum alluentium & circunjectorum viſcerum calore perfuſus ſuſcitat mobiles & vegetas alimentorum partes, ſecretis expedit effluviis & liquat acceſſione potûs: ſpumoſiores factæ agunt in ſe invicem luctanturque ſecum; ex motu reciproco manat pugilum & agitatæ materiæ commixtio eremorem lactis ementita. Chylus omnigenis mixtus cibi potûſque particulis nutrirum deſert ſanguini, colis excrementa; nulla ubicunque congeruntur, quidquid ſtupendùm ferant, vermes, calculos, & alia id genus non ſufficit. Sic qualis fuerit generoſus aut ignavus, bellè aut malè ſubactus, proſperæ vel adverſæ valetudinis ſementem facit. Primæ coctionis error, alterus vitiandæ gradus eſt, non minùs ei nocent quæ illam frænant, quàm quæ nimîùm incitant: uberiore caloris venigur, & actuoſarum alimenti particularum copiâ quòd in chylo pingue ineſt, aduritur ac in bilem abit conſuetam πικρωδέους amáro guſtu ad nauſeam uſque divexatis; vi eorum languidiore alimenta fructûs inſtar immaturi aceſcunt & acidos nidoroſoſque ructus efferunt, hypochondriacis affectibus familiares. Aqua glacialis eximio quo pollet frigore, æſtuantis ventriculi medicina, temperari venenum eſt; præter colicos dolores, tormina, cruciatus quos ipſi affert, præter ejus nonum quem pervertit, ingenitum calorem obturndit, nec radiare ſinit penitiùs in alimenta, ea nedum diluat & relo et cogit denſatique, nedum liberet à vinculis & nativæ mobilitati reddat vegetiores eorum partes, ligat ac enervat: præponderans in iis phlegma vetat incidi & chylo ut limum aquâ miſceri, chylo inde fit crudus, tenax, viſcidus, mucoſus, diditu difficilis & obſtructionum ub que ferax. Faucibus aquæ glacialis rigor non aliter officit ac aëris ambientis, cuti; earum obſtruit meatus, nervos motores ſuis ferit ſpiculis ac convellit; membranam intimam corrugat, annulos inflexibiles & rigidos facit: ſic aqua glacialis non præterit fauces impunè, ventriculum ſubit, ejus læſura Facultares, cruditatem & pituitæ proventum allatura.

VENTRICULUS ſicci & humidi promptuarium eſt; maris habet facultatem, omnibus dat & ab omnibus accipit: principium eſt magnum à quo pervenit alimentum ad extimam ſuperficiem, & ad quod ab eâdem redit vomitu ſæpe defæcandum: maxima debetur illi reverentia, nihil ingerendum eſt quod ipſi negotium faceſſat. Plurimus ex alvo prodit mucus in diarrhiâ, ex utero in albo fluore, ex veſicâ in calculo, ex ore in ſpiritalis ſiſtulæ catarrho, ex naribus in corysâ; pituita eſt ex aſſumptorum glutine malè ſubacto nata, nuſquam abitura in ſanguinem, ſemper nocitura; ni excernatur: ægrè permeat non diluta ſero & minora vaſa inſarcit, facilè cogitur ſaliæ terreſtrique materiæ mixtra, & in ſchirrhos, tophos, & calculos abit. Ut pueri verberant terram in quam proiderunt, ſic plerique culpant partes criminis puras: frequens eſt intemperies cum materiâ; vitium non eſt partis mittentis aut recipientis, ſed ſanguinis vel exterioris cauſæ, aut utriuſque. Sanguis nunc luxuriat copiâ, nunc lentore vix fluit; ſimilis torrenti aut lutoſo flumini obices ſibi ipſe objicit, à ſuo ceſſat curſu & partem valentem gravat; nunc etiam ſolemnes quas decurrit vias intercipiunt pungentes, incidentes, comprimentes, ſtipantes contundentes cauſæ; ſic prohibitus commeatu ſanguis ſtagnat & tumorem facit. Fluxiones ſubortas finiri ſponte, tenui halitu, ſudore, hæmorrhagiâ, dejectione natura docuit, in eam velut in exemplar intenti veteres derivationis ac revulſionis ſbeneficia cognovêre, cauſas ignorarunt. Fluxionum originis, vaſorum communionis, fibrarum rectitudinis, partium viciniæ aut diſtantiæ in revellendo & derivando rationem haberi voluerunt, ſed perperam: nunquam averſus ſanguis in cor originem motum retorſit; artuum non partium afflictarum tundunitur vaſa; non rectâ ferri amat ſed quoquoverſum ſanguis; ſæpiùs derivatur idem è diſtantiore parte, revellitur è propiore: antiquos igitur latuêre revulſionis & derivationis cauſæ, non effecta. Recentioribus proclive eſt utrumque negare motum, quaſi circuitus ſanguinis obſit: res tamen aliter ſe habet. Revulſione ſanguis avertitur à fluxionis loco, non omnino prohibetur: celerior eſt ejus curſus in apertam tusâ venâ partem, quòd nullus ibi currenti ſit obex, lentior proinde in contrariam; ut in illam velocior ſic largior; ut in hanc tardior, ſic parcior illabentis idcò levandam ſanguinis mole. Illapſo ſanguini medetur derivatio dum vel ipſum vacuat ſecto vaſe proximo vel motui ſenſim reddit priſtino, ut auctâ fluminis rapiditate vel rotus aufertur riparum limus vel abraditur paulatim, ſic derivatioue incitatur ſanguinis motus versùs partem afflictam & morantem ibi ſanguinem vel educit per venæ ſectionem vel ſecum abducit. Phlebotomia igitur non mutat ſolemnem ſanguinis motum, ſed ejus determinationem; hinc locus revulſionis, cùm opus eſt, aut derivationis deligendus. plurimi ſunt orbes in quibus vertuntur ſanguinis vices, duo inprimis ſpectabiles, ſuperior quem deſcendens aorta deſcribit: cor inter utrumque medium eſt, è lævo vibrans ſpecu ſanguinem in hunc vel in illum, eò uberiorem, quò liberiorem ei viam parat phlebotomia. Si revellere animus eſt ubi ſuperas tentat partes fluxio, rundenda eſt infetarum vena vel certè partis in eodem circulo oppoſitæ, ſi contrà derivare, incidenda vena partis afflictæ propioris vel cum eâ magis conſentientis. Ut antecedens fluxionum cauſa, natura prior eſt conjunctâ, ſic derivationem revulſio præcedat, oportet. Quin & certus eſt revulſionis ex arte faciendæ modus, nec parvi intereſt an ſiat ſanguine vel confertim & diu vel guttatim & brevi fluente; priori modo inanitatem affert circulo in quo ſit, repentinam, magnam & diuturnam, & durabile non fugax circulo oppoſito beneficium; poſteriori verò, ſecus ſe res habet: itaque refert an vas tenue ſit vel craſſum quod ſecatur. Quantitas revulſionis ex fluxionis magnitudine æſtimanda necnon derivationis vix profuturæ ni rivulosè ſanguis è craſſiori, ſi poreſt, vaſe fluat, ni repetatur pro fluxionis conſtantiâ, juxta divini ſenis effatum jubentis in eo perſeverare quod rectè fuerit judicatum, ab incepto deſiſtere, cùm ὑστερίζει conſecuta eſt. Tutiſſima hæc ſunt fluxionum remedia, quorum uſque ferè comes eſt levatio, non ſemper curatio; quippe ſanguis altiùs non raro impactus hæret & illabente jugiter tenaciori ſirmatur nimis in partibus, quàm ut vel avehi derivatione vel deteri queat; unde vivendi norma ſeverior, humectantia, incidentia, attenuantia revulſioni adjungenda ſunt nec prætereunda quæ molliter alvum movent, ſemper omittenda quæ profuſè. illis temperatur ſanguinis tumultuantis æſtus, ſubducitur ejus fermentum; his, ni recognitum ſit humoris ſeditioſi virus, incandeſcit ignis & ejus pabulum cum ſanguine miſcetur penitiùs, unâ coctione ſeparandum. Multa debet hæc ætas recentiorum io ventis, plura dogmatis antiquorum, hi complanarunt medendi viam, quam illi duntaxat illuſtrarunt. Neutris fidendum eſt, ſi ſuo, utriſque, ſi naturæ judicio mancipentur. Sæpius recentiores in medendo rationem ſequuntur ducem, naturæ veteres inſiſtunt: ut in iis ſpeculatio, differendi ſubtilitas & gratia major, ſic in his actio, peritia & uſus ſuperior? Quis recentiorum cum ingenti Hipocrate prodeat ſcientiâ medeudi comparandus. Experientiâ & ratione freta medicina, tutior ex ambabus eruitur ſectis; ex alterutrâ manca eſt & offendiculis propoſita magis: utriuſque luce noriores ſiunt juvantium & lædentium vires & natura, uſus & abuſus quem aquæ glacialis maximum hoc ſeculo credere fas eſt; utpotè quæ viſcera labefactet, ventriculum imprimis & fauces lædat, coctionem præpediat alimentorum, caloris nativi ac ſpiritum vigorem infirmet, pituitam ingenerer plurimam & genus omne cruditatum, adeo ut ſit qualis vita eſt ſummo medendi magiſtro φλεγμαπαιδίσῃ ac βραγχαγόσῃ.

Ergo ab aquæ glacialis potu, Raucitas.

F.M.P. BIBLIOTHECA

Aſſerebat Pariſiis CLAUDIUS BURLET, Bituricus, Baccalaureus Medicus. A. R. S. H. 1692.